



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, 1709

I. Novembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

B. Romeus Ord. Præd. chordulam 1000. nodis distinctam habebat, ad quorum numerum, millies quotidie Angelicam salutationem dulci sensu iterabat. Deiparæ memoriam propè semper colloquiis, quæ habebat, intermiscibat, ut flammæ, quibus ipse ardebat, in plures dispergeret. *Bal.* Sic dare beatius est, quàm accipere.

B. Romee, & omnes Sancti, quorum hodie memoriam recolimus, vos pro me Reginam Sanctorum omnium Deiparam orate, ut vestro miser ego peccator aliquando consortio per ejus intercessionem aggregari merear, & eam cum SSS. Trinitate vobiscum æternum amem, laudem, & glorificem. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, &c. fol. 190.

Ad quod impetrandum: Coronam Deiparæ oraturus hodie semper Mariam Reginam Sanctorum omnium dicam.

Sicut omnes cecidimus per scēminam, ita non erigimur, nisi per scēminam. *S. Bernard. hom. 2. sup. mis.*

Quæstio: Quis ex universo Sanctorum numero Deiparæ amator maximus.